PROCESSVS INFORMATIVVS
SIVE
DE MODO FORMANDI
PROCESSVM INFORMATIVVM
BREVIS TRACTATVS

Tranquillo Ambroſino Senogallienſe I. C. Auctore.

In quo quàm multa ad theoricam, & praxim Criminalium iudiciorum, quàmque neceſſaria ijs, qui recte, & laudabiliter latrunculatoris munus obire cupiunt contineantur Elenchus infra appoſitus breuiter, dilucidèq; demonſtrabit.

Cum allegationib. in margine, Indice locupletiſsimo in fine, ac ſummarijs ſingulorum, Capitum ab ipſo Auctore in ſtudioſorum gratiam elaboratis.

CVM PRIVILEGIO, ET SVPERIORVM PERMISSV.

ROMAE, Apud Iohannem Martinellum. M. D. XCVII.
Ex Typographia Bartholomæi Bonfadini.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM

ILL.MO AC R.MO

MARCELLO. LANTI
CAMERAE. APOSTOLICAE
CAVSSARVM
AVDITORI

CVM ego multis abhinc annis multum Tibi debeam, Illuſtriſsime LANTES, nihil mihi fuit vmquam antiquius, quam & vt debitum publice confiterer, cum ſoluendo non ſim, & ex eo me non ingratum prorſus homines agnoſcerent. Iamdiu hoc cogito. Sed, dum aſsidue id cogito, ipſe mihi diſpliceo, nondũ cum aſſecutus ſim, quod toto animo maxime exoptabam. Atque huius morae cauſſa eſt, quod ego, cum nihil haberem prae manibus, quod Tibi meam hanc voluntatem, & animi obſequium, ſignificare plane poſſet, differebam in dies. Ita haec dilatio ingratum me mihi ipſi, ne dum alijs, reddebat. Factum hinc eſt, vt, quando, quod volo, non poſſum, quod poſſum, velim. Do igitur Tibi, quod habeo: vt dem aliquando, quod debeo. Habe hoc, qualecumque eſt. Quod tamen,

 ſi meam

PROCESSVS INFORMATIVVS SIVE DE MODO FORMANDI PROCESSVM INFORMATIVVM

BREVIS TRACTATVS

TRANQVILLO AMBROSINO Senogallienſi I. V. C. Auctore.

LIBER PRIMVS.

SVMMARIVM.

1 *In quibuſcumque delictis hodie per viam inquiſitionis procedi poteſt.*

2 *De corpore delicti ante omnia conſtare debet.*

3 *Et quomodo conſtare dicatur ad effectum inquirendi.*

4 *In delictis facti permanentis requiruntur ſigna ut conſtare dicatur de corpore delicti, & ideo ſolet viſitari corpus, vel locus delicti commiſſi, & num. 7.*

5 *In delictis facti tranſeuntis, vel difficilis probationis, aut quæ*

Quomodo procedatur in criminalibus cauſis, & quid ante omnia obſeruari debeat, & forma viſitandi corpus delicti, ac perſonam vulneratam.

CAPVT PRIMVM.

1 QVANDOQVIDEM † hodie in quibuſcumque delictis ex generali conſuetudine procceditur, & procedi poteſt per viam inquiſitionis [a]. Idcirco omiſſis pluribus Doctorum ambagibus, & præloquijs, quæ paſſim legentibus ſere offerunt in hac materia, [b] illud tu (Belliſari frater) in primis attendere, & conſiderare debebis antequam ad proceſſum contra aliquem criminalẽ informatiuum
2 fabricandum te conferas † an videlicet factum quid ſit, quod noſtri Doctores corpus delicti appellant,
3 [c] † De corpore autem delicti conſtare debebit ad effectum prædictum modo liquido, & per plenas pro-
4 bationes; [d] modo per indicia, & coniecturas [e]. † Si enim delicta eiuſmodi generis ſint, quæ facti appellantur permanentis, eo quia eorum remanent veſtigia; qualia ſunt homicidium, incendium, vulnus, ſtuprum in virginem, furtum cum fractura, & ſimilia, vtique debebit prius de cadauere occiſi, de loco incendij, de vulnere, & fractura per oculorum inſpectionem conſtare, vt dicatur conſtare de corpore
5 delicti [f]. † Si vero delicta facti ſint tranſeuntis, quorum veſtigia remanere non ſolent, puta adulterium per-

a Iul. Cla. in ſua pract. §. fin. q. 3. verſ. ſed certe, & q. 5. verſ. quæro.

b Videre potes per Clar. d. q. 3. per totam.

c Clar §. fi. q. 4. in princ.

d Maſca. de probat. lib. 2. concl. 8; o nu. 5.

e Becci. conſ. 70. nu. 11. & ſeqq. lib. 1.

f Clar. q. 4. verſ. quando vero.

Et vt tales poſſunt capi, carcerari, & etiam torqueri lib. 1. cap. 2. num. 35

Vicinus præſumitur veriſimiliter informatus lib. 1. cap. 4. num. 12

Vicinus Vide teſtis.

Vilitas perſonæ examinatæ non debet facere Iudicem temerarium in examinando lib. 2. cap. 2. num. 16

Viſitatio corporis delicti per quos fieri debeat lib. 1. cap. 1. num. 23

Et qua diligentia utendum ſit in illa concipienda ibid. num. 24

Viſitationis forma vulgo Viſum & repertum appellatur ibid. nu. 25

Viſitatum cadauer debet poſtea recognoſci, & quid faciendum ſit ibid. num. 26

Viſitatio loci incendij, & fracturæ oſtij, vel parietis quomodo concipiatur ibid. num. 28

Viſitandi vulneratum forma ibid. num. 29

Vita hominis nihil eſt carius lib. 5. cap. 1. num. 12

Vulnerato nolente propalare delinquentem quid faciendum ſit lib. 1. cap. 1. num. 30

F I N I S.

R E G E S T V M

* A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z,

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk,

ROMAE, Typis Bartholomei Bonfadini, M. D. XCVII.

Apud Iohannem Martinellum.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA ·

SEMPER
G M